

EN 1487, EL DUC DE GANDIA, PERE LLUÍS DE BORJA, COMPRÀ UNA CASA DEL CARRER MONCADA DE XÀTIVA AL CANONGE AUSIÀS ROTLÀ .

TRANSCRIPCIÓ I NOTES

MARIANO GONZÁLEZ BALDOVÍ. 2025

Doc. 14871109

1487, 9 de novembre. Gandia

Archivo de la nobleza. Toledo. SNAHN_OSUNA_CP_210_D_06_002

Anotacions i signatures antigues en la cara posterior del pergami

Casa en la calle de Moncada

Gandía n. 1238- Xatiba

Venda que hace Ausiás Roglá, canónigo de Xàtiva, al señor don Pedro Luis de Borja, de una casa sita en dicha ciudad (que fue de los condes de Cocentayna) en la calle de Moncada, por precio de onze mil sueldos. Auto en Gandía por Jorge Robira en 9 de noviembre 1487. Incluye el auto de la posesión.

Legajo 938. Documento nº 3

AHN. Legajo 936. Carpeta 165-6

Esriptura de la venda feta en 1487 per Ausiàs Rotlà, canonge de la Seu de Xàtiva, a Pere Lluís de Borja, I duc de Gandia, per preu d'onze mil sous, d'una casa situada en la parròquia de Santa Maria de Xàtiva, en el carrer de Moncada, que havia sigut abans del comte de Cocentaina, la qual afrontava al sud amb les cases de Ramon Sanç i Bernat Sanç, dit carrer enmig, al nord amb la muralla de la ciutat, i pels costats amb les cases de Lluís Sanç, Ramon Tolsà i Francesc Rotlà.

Carta de venda de un alberch situat en la ciutat de Xàtiva, fermada per lo magnífich e reverent mossén Ausiàs Rollà, canonge de la Seu de la ciutat de Xàtiva, al il·lustre senyor don Pere Luís de Borja, duch de Gandia, per preu de onze milia solidos.

Noverint universi quod ego, Auziasus Rolla, canonicus et officialis ecclesie collegiate civitatis Xàtive, scienter et gratis, per me et omnes heredes et successores meos, quousque¹ presentes pariterque futuros, cum hoc presenti publico instrumento, cunctis temporibus firmiter valituro et in aliquo non violando seu revocando, vendo, concedo, trado seu quasi trado, vobis, illustri domino Petro Luis de Borja, duci ville et ducatu Gandie,² presenti et

¹ En el llatí clàssic la paraula “quousque” era usada en frases interrogatives, que aquí no és el cas.

² Rodrigo de Borja, Alexandre VI, havia nascut en la casa pairal dels Borja situada en la plaça dels Borges, també dita d'Aldomar en el barri del Mercat. El fill primogènit del papa, primer duc Borja de Gandia, s'afanyà en comprar una o dos cases contigües al carrer principal de Xàtiva, on construir una residència digna del seu estatus, que els ducs mantingueren oberta fins l'extinció del llinatge, en passar el ducat als Osuna, en el segle XVIII. Aquest document deixa constància de la compra del primer dels edificis, perquè sembla que van ser dos. En 1881, els propietaris, senyors Julbe, que es consideraven descendents del darrer mestre de Montesa, Pere Lluís Galceran de Borja, enderrocaren l'edifici i alçaren altre amb elements ornamentals propis de l'estil alfonsí. Dita construcció va ser enderrocada a principis dels anys huitanta del segle XX, conservant només la façana, a exigència de l'Ajuntament. En el transcurs de moviment de terres de l'hort de la casa, aparegueren tres pedres esculpides: una clau de volta amb un escut faixat desconegut, un àngel i un permòdol representant un cap masculí, adquirits i ara exposats al pati del Museu de l'Almodí. Vegeu fotografies al *Diplomatari*, Doc. 16000931. De l'edifici alçat pel duc de Gandia al segle XV va quedar l'extraordinari escut de marbre blanc, que

acceptanti, et vestris, quoddam hospicium meum que solebat esse spectabilis comitis Cocentayne,³ quondam, situm et positum in dicta civitate Xative in parrochia beate Marie, in vico de Moncada, franchum et quitum, confrontatum cum hospicio magnifici fratris Ludovici Sanç, comendatoris ville de Perpuchent, carrerio in medio, cum hospicio heredis magnifici Raymundi Tolza, cum hospicio et orto Raymundi Sanç, vico in medio, cum hospicio heredum magnifici Bernardi Sanç, militis, vico in medio, cum hospicio magnifici Françisçi Rotla,⁴ domicelli, cum muro dicte civitatis, vico in medio, et cum vico de Muncada.



Escut de Pere Lluís de Borja, Ier duc de Gandia, procedent de la casa del carrer Moncada. Foto M. Liébana de 1994. Museu de l'Almodí.

Iam dictum itaque hospicium, cum tectis, parietibus et fundamentis, a celo in abissum, et cum omnibus et singulis aparatibus si et prout, ego, de presenti possideo, cum omnibus iuribus loçis vocibus, racionibus et acçionibus, realibus et personalibus, utilibus et directis variis, sine mixtis ordinariis et extraordinariis et aliis quibuscumque michi et meis

la família Julbe va traslladar a la casa que tenien en Bellús, el qual formà part de l'exposició *Xàtiva, els Borja. Una projecció europea*, celebrada en dit museu en 1995.

³ Fa referència al segon comte de Cocentaina Juan Roís de Corella, que havia mort en 1478.

⁴ No tenim una interpretació clara al fet que la casa venuda per Ausiàs Rotlà afrontara pels costats, aparentment, amb tres edificis diferents. Creiem que Ramon Tolsà vivia en la casa que hui és la de Cultura, és a dir: a ponent, entre aquesta i la de Rotlà, hi havia la dels Sanç d'Alboi i altra, potser el comanador de Perputxent, fora Lluís Sanç Pardo de Lacasta, senyor de Relleu, la casa del qual estava separada de la del venedor per un carreró, i seria l'actual n° 11 del carrer. Les façanes de les cases 11 i 13 (Julbe), presenten subtils asimetries compositives. Precissament en el punt on es junten tant una com l'altra, la distribució ornamental va deixar més pany de paret que a la banda contrària, excés de llargària que, en la nostra opinió, correspondria al carreró cegat, continuació natural del carrer de Vallés, que és el patró seguit en Moncada, separar cada casa de l'altra, tant per l'evacuació de la pluja com per accedir a la muralla. Ausiàs Rotlà tingué un germà major, de nom Francesc, que havia mort feia prou anys, de manera que el Francesc Rotlà, propietari de la darrera casa citada com afrontació, hauria de se ser nebot.

competentibus et competenturis, vendo, dono, trado seu quasi trado, precio, videlicet: undecim mille solidorum, monete regali Valencie; quos omnes a vobis confiteor habuisse et recepisse numerando, ad nostram omnimodam voluntatem. Unde renuncio, scienter, omni exceptioni vendicionis predictae per me vobis non factae pecuniaeque predictae pro precio et monete, precii dicte vendicionis a vobis non habite et non recepte, ut predictum et doli, et legi ac foro quibus deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur, datis donatione pura propria et irrevocabili, que dictum inter vivos, et pacto speciali remittentes si quid et quidquid predictam quod vobis et vestris, vendo plus modo valent aut in posterum valebunt precio antedicto. Et ex causa huius vendicionis, do, cedo, mando atque transporto vobis et vestris dictum hospitium, cum omnibus et singulis suis iuribus et actionibus realibus et personalibus utilibus et directis variis sive mixtis ordinariis et extra ordinariis et aliis quibuscumque michi et meis pertinentibus et pertinere debentibus.

Quibus iuribus et actionibus vos et vestri possitis uti frui hanc et experiri in iudicio extra iudicium, quomodocumque et quem ad modum ego facere possem sive poteram ante presentem vendicionem iuriumque et actionem, cessionem et concessionem, aut nunc vel postea quorumque instituens vobis et vestris ex causis premissis veros dictos actores et procuratores iure vestram propriam penamque vos et vestros in locum et ius meum.

Confitens me vobis et vestris precario nomine tenere et possidere dictum hospitium donec illius realem, corporalem et actuale apprehenderitis vacuum possessionem quam liceat vobis et vestris, vestra propria auctoritate absque mei et meorum et alterius cuiuscumque contradictionis apprehendere et adepti et adeptam penes in vos licite retinere, et sic vobis et vestri, dictum hospitium cum omnibus et singulis superius dictis habeatis, teneatis et possideatis, ad habendum, tenendum, dandum, vendendum, obligandum, inignorandum ex comutandum, alterandum et ad omnes et singulas vestris vestrorumque libere voluntates; faciendum et exercendum prout melius, plenius, sanius et utilius, dici, scribi, intelligi et cogitari possit ac mandari ad vestri et vestrorum commodum, sanum et sincerum et integrum intellectum, exceptis clericis, locis sanctis et religiosis ac militibus et generosis qui de Foro Valencie non existunt. Nisi dicti, iuxta seriem et tenorem fori novi super hoc editi bona et iura predicta ad vitam suam acquirerent vel haberent.

Promittens pacto speciali solemniter stipulatione intermitente vobis, dicto illustri domino duci emptori ac vestris, per dictum speciale pactum solemniter stipulatione interveniente, quod predictum hospitium cum omnibus et singulis iuribus eiusdem omnibusque melioramentis factis et faciendis decetero faciant vobis et vestris habere, tenere et possidere, perpetuo, contra omnes personas conquerentes, vel aliquis perturbantes iuxta Forum Valencie. Necnon salvare et defendere ab omni actione, questione, petitione et demanda, lite et controversia. Promittens dictas litem, questionem, petitionem, demandam et controversiam non inferre nec inferentibus consentire, into defensionem dictarum litium in me penitus suscipere et acceptare. Et teneor ac teneri voli vobis et vestris de firma et legali eviccionem presentis vendicionis et cuiuslibet partis et particule ipsius et de omnibus dampnis gravaminibus, missionibus, sumptibus interesse et expensis litis et extra.

Itaque si forte presens vendicio aut res vendita vel aliqua eius pars sine petitione aliqua et iudicio, set de facto vi maiori pari ut minori seu etiam alias vobis et vestris universalibus vel successoribus auferretur vel impediretur causa facto vel occasione mei de tali ablacione teneat vobis et vestris pacto iam dicto suscipiens in me casum huiusmodi fortitum tanquam si res ipsa iudicialiter evinceretur. Si vero in ea re empra vel eius parte aut ratione ipsius, pro aliquem vel aliquos contra vos vel vestros fuerit vel moneretur questio lis actio vel controversia, de iure vel de facto in iudicio, vel extra iudicium, facta de hiis pro vos vel vestros, michi vel meis denunciationem verbo vel scriptis; aut ea non facta vel expectata. Ni per iam dictum pactum, expresse renuncio, promitto et fide bona conveniens ipsi vel ipsis petitioni liti actioni vel controversie totiens acciderit me pro vobis exponere et respondere

honusque litigii penitus in me suscipere ac causas sive lites huiusmodi tam principales quam apellationum ducere, deffendere prosequi et tractare meis meorumque propriis sumptibus interesse et expensis, usque ad difinitivam sententiam iurem iudicatam, transactam et ab inde servare indempnes penitus vos et vestros et nichil omnius possitis vos et vestri dictas causas seu questiones hagere, deffendere, ducere prosequi et tractare vos et vestris super hoc eleccionem servata penitus atque remissa remitens vobis et vestris pacto speciali premissis quantum cumque necessitarem premissa vel eorum aliqua denunciandi et si denunciamentis vel non apellandi et suplicandi et si apellavintis et supplicavintis venturo prosequendi et apellationes aut supplicationes (*il·legible*) vobiscum quod de negligencia ut culpa vestri vel vestrorum, aut de impericia, injuria vel injusticia indiçis aut vestrorum advocatorum et procuratorum seu alias nil per me possit in hiis obiçi vel oponi aliquo foro, iure, privilegio vel consuetudine hiis adversantibus ullo modo quibus ex dicto pacto, renuncio aut casu, videlicet: sive ego vel mei duxerim aut duxerint sive vos vel vestri duxeritis sive duxerint causas sive lites huiusmodi et si quid vel quidquid a vobis vel vestris eumtum fuerit sine diminuncim⁵ de evicçione predicta et si quas et quascumque expensas damna et interesse feceritis aut iustinueritis, totum illud quidquid sit et quantum cumque fuerint vobis et vestris integritate solvere restituere et emendare, promito et teneor ac teneri volo voluntati vestre super quibus evicçione, diminucionem, dampnis sumptibus et interesse et quibusvis eorum credatur vobis et vestris, solo vestro et vestrorum simplici iuramento quod, nunch pro tunch, vobis et vestris defero et pro delato ex pacto predicto habeatur sine testibus et alia probacione quam iuramenti delacionem non possim modo aliquo revocare.

Renunciamus quantum ad hec legi et opinioni dicentibus delacionem iuramenti ante ipsius prestationem posse licite revocari. Pro quibus et omnibus et singulis ratis et firmis habendis, tenendis et inviolabiliter observandis, obligo vobis et vestris omnia et singula bona et iura mea, mobilia et immobilia privelegiata et non privelegiata, habita ubique et habenda.

Quod est datum in villa Gandie, die nona, mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadrigentesimo octuagesimo septimo. Signum mei Auzie Rolla predicti, qui hec concedo, laudo et firmo.

Testes inde sunt magnificus Auzias Stanya, domicellus, habitator civitatis Xative, et nunch habitator ville Gandie Michael Salelles et Johannes Içit de Talavera, vicini dicte ville Gandie.

Signum mei, Giorgii Rovira, regia auctoritate notarii publici, qui predictis interfui et atque per alium scribi feci et clausi, loco, die et anno prefixis.

⁵ La lectura d'aquesta paraula és confusa. Potser volia dir "diminutione".